

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rudolphus Redeker D. & P.P. Ad
Cohonestandas Exequias Quas Vir ... Dn. Caspar March/ Medicinae Doctor ...
Filiolo suo suavissimo Jacobo ... paratas cupit. Omnes literatos & literarum
fautores ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77033394X>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.,


in

~~C.~~ M a r c h.

Jacob

Rostock, 1661.

14.



107

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RUDOLPHUS

Kedeker D. & P. P.
AD COHONESTANDAS EXEQUIAS

Quas
VIR Excellentissimus & Experientissimus
DN. CASPAR *March/*
Medicinis Doctor felicissimus & Prof.
simus, amicus noster & Collega
conjunctissimus
Filiolo suo suavissimo



J A C O B O

*Hodie hora I in æde Mariamâ paratas
capit.*

Omnes literatos & literarum
fautores, præprimis Cives Academicos,
veluti ad humanæ inconstantia & fra-
gilitatis contemplationem, offi-
ciose & studiose invitat.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1661.



RECTOR UNIVERSITATIS ROSTOCH.

HEINRICUS RUDOLPHUS *Kedeker!*

Civibus Academiae omnibusq; literarum
fautoribus

Salutem!

Prudentes Ethnici inter maxi-
mos consolandi modos, hoc
praecipuum argumentum cre-
debant, quando ad inevitabilis
fati necessitatem respicientes,
cogitandum lugentibus praebe-
bant; Quod asperitatem do-
loris leniret & consolaretur
aequalitas calamitatum: seu
quod quisque in gravissimo et-
iam fluctu constitutus, sibi id accidisse considerare debeat,
quod ante se passi sunt & adhuc passuri plures, secundum
illud Poetae:

Solamen miseris socios habuisse malorum.

Ex eodem fonte naturalis solatii, si rivulus derivetur ad
*Virum Excellentissimum & Experientissimum Dominum C A-
SPARUM MARCHIUM, Medicina Doctorem felicissimum, P. P.*
ami-

amicum & collegam nostrum certissimum, qui de filioli sui suavissimi immaturâ, subitanâ & inopinatâ morte, extreme sollicitus est, infando meo dolore & luctuoso statu summum sine dubio caperet levamentum justî mœroris: Tertia enim hebdomas Eheu! nondum præterit, quando mihi propter suavissimæ uxoris mortem afflictissimo Ille efficacissimum dixit solatium, qui hodie solatio, eò quod filio dulcissimo orbatus est, indiget meo. Neque certè ego illi aliud suppeditare potero, quam quod nihil novi ex voluntate Dei obvenisse, sibi persuadere debeat. Ex illâ itaque quæ mihi longe gravior est luctus & doloris species, & ex illo quod mihi suppeditavit levamen charitatis & amoris, posse in eundem magnum doloris levamentum descendere nullus dubito, præsertim si cogitaverit, nos ex hac vita discedere, tanquam ex hospitio in domum æternæ quietis, quoniam, dicente Davide viro Dei, pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus est. Quamvis enim conjunctissimorum nostrorum insperatus ex hac vita discessus, nos acerbè & acerbissimè afficiat; attamen pretiosissima mors est in conspectu Dei, illorum qui à mundana fœce in sempiternam beatitudinem migrant, & quos vita sanguine salvatoris redemptos in ipso aditu relinquit. Nostrum itaq; est sine murmure in inscrutabili Dei voluntate acquiescere. Quod etiam mæfistissimus parens constanti & christiano pectore ipse suis fatetur literis, quibus maturam quidem & ideo acerbam, sed tamen omni ex parte beatam mortem filioli sui mihi denunciavit. Ecce novum humana fragilitatis exemplum eheu! exhibeo. Filiolum meum Jacobum, quem æstate ferè mediâ 19. m. Julii Anno 1660 felici partu Deus mihi

mibi vivum, & vegetum dederat, atq; hæcenus sine omni
morboſo affectu ſervaverat, heri manè d. 25. Januarii
poſt 7 matutinam inſperatò ſuſtulit, affectu ſubitanèd,
quem ſuffocativum nominare ſolemus, talemq; ego trifti
proh dolor! experienciã verè deprehendi. Interim in di-
vinã voluntate piè acquieſco, ſaluberrima certò credens,
quãtã benigni Patris conſtantiffimus Amor exhibet &
immittit, utut ſæpe apparent acerbiffima. Servet mihi
Deus ſic affectam Mentem piiffimis quas præmiſi animu-
lis, ſuo, ſi non brevi fortè, tempore, non deſitura cum vo-
luptate, jungendam. Ita enim cordato militi ſimilis Pa-
rens optimus, nullum periculum à ſummo numine obve-
niens expaveſcit, quando animum ſuum luctu plenum,
ad immotam & inſcrutabilè Dei voluntatè erigit. Illud ſi-
quidem, quod Deus nobis obijcit, quamvis durum videat-
ur, attamen Ille ſui nominis gloriam & noſtram ſalutem
ſemper quærit. Neque etiam nobis Deus injuriam faci-
cit, quando ſupereminenti ſuo jure & dominio utitur &
illud iterum vindicat, quod gratioſã manu nobis preca-
riò duntaxat conceſſit, potuit enim illud non dare, ergò
eodem jure datum vindicare. Quamvis nos itaque res
cariffimas inviti amittamus, attamen nullam habemus
querendi cauſam, cum ſummo Domino, qui vitæ & necis
abſolutiffimam poteſtatem habet, & omnia humana
ex arbitrio ſuæ omnipotentia dirigit, debeamus præbe-
re obedientiam, & cum Prophetã exclamare: *Do-
mine doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.*
Hæc autem eſt voluntas Domini, ut in ſchola crucis & af-
ficio-

fictionis nos quotidie exerceat, ut discamus omnes casus, tam praevisos quam inopinatos patienter ferre. Valde quidem contristamur & commovemur, quando illi nobis a latere avelluntur, in quibus magnum vitae subsidium habemus vel speramus, & qui alteram cordis particulam absolvent; Quoniam autem illos non amittimus, sed duntaxat praemittimus, neque mortuos sed per mortem ad vitam aeternam ivisse credimus, non invidemus illis requiem, ad quam omnes contendimus. Uti enim omnis vita est supplicium, ita per mortem ab omni malitia absolvimur. Et quo diutius inter hasce mundi tempestates circumducimur, eo graviore onere onusti liberari cupimus. Omnia siquidem illa bona, quae nos in hac vita speciosa vel pretiosa putamus, fallaci admodum & inani voluptatis umbram nos delectant, & premunt potius quam profunt, quoniam intuitu aeternae salutis vaga & vana sunt mundana omnia. Nam totus homo & omnia humana nil nisi imbecille & fragile corpus sunt, ad omnem fortunae contumeliam projectum, & subito casu quae valere, uno quasi impetu ruunt. *Quisque enim, dicente Seneca, ut ad vitam editur, ad mortem destinatur.* Quare aliis feliciores sunt & Deo magis grati, qui in prima aetate aeternis seculi eximuntur, & a facie malitiae subducti in aeternam beatitudinem transferuntur, quam qui diu vivunt & torquentur. Hanc felicitatem etiam expertus est noster JACOBUS, qui vix vitae miseriam inspexit, quin eandem felici vicissitudine iterum desereret. Uti enim nativitate optimos suos parentes exhilaravit, ita iisdem spem etiam fecit longioris aevi, sed vanam opinionem, gratior enim Deo hasce mundi illecebras antequam gustaret reliquit & suae creatori puram animulam iterum reddidit. Natus autem est 17. Julii Annipraeteriti, Patre praedicto Domino
D. Marti:


D. *March*: Matre autem foeminâ piissimâ omniq; virtutum muliebrum decore ornatissimâ CATHARINA Schmiedes/ quibus propter filioli mellitissimi obitum solamen Spiritus S. ex animo precamur. Avum paternum habuit virum admodum Reverendum & Amplissimum Dn. M. CASPAREM *March*/ circuli Pencumensis, qui in Pomerania est Præpositum, & in oppido isto Pastorem fidelissimum: Aviam paternam foeminam virtutis & pietatis laude conspicuam ANNAM *Krügers*. Avus Paternus fuit vir spectatissimus Dn. JACOBUS *Schmied* Pharmacopola apud Gryphisvvaldenses experientissimus & industrius. Avia Materna est virtutum matronalium condecoratissima foemina MARGARETHA *Solermisen*, quæ hodiè Viro Excellentissimo & Clarissimo Dn. M. FRIDERICO *Dedelind*/Philosophiæ Practicæ in Alma Gryphica PP. conjugali foedere juncta, sine dubio acerbo dolore tam immaturam mortem nepotis dilectissimi mæret. Cæteros majores, suis etiam titulis & laudedignissimos hic recensere, supersedeo. Ex hisce majoribus natus piè defunctus JACOBUS, licet in tenerrima ætate constitutus, attamen propter innatam indolem vegetam & ab omni parte amabilem magnam suis parentibus spem fecit, optimi quondam successoris, si in rebus humanis ad statam usq; ætatem permansisset: Verum in pura adhuc ætate spem omnem suis ademit. Nostrum itaq; erit Cives honoratissimi, ex communi condolentiâ mœstissimis parentibus, qui corpusculo justa præstare hodiè discipiunt officium pietatis (quod aliis promptissimè exhibere solent) in levamentum doloris exhibere: ad quod nos invitat communis humanæ miseræ ratio, allicit amor & amicitia, jubet honestas, imperat humanitas, ut

cor-

corpuseulum hodiè terræ ad magnum futuri Judiciû di-
em demandandum, numerosâ præsentîâ comitemur.
Hoc enim uti mæstissimis parentibus erit solatio, & de-
functo filiolo honori, ita nobis ipsis ad contempla-
tionem mortalitatis incentivum
præbebit.

Datum sub Sigill. ReGt. 28. Jan,
Anno 1661.

Conventus erit in æde
Marianâ,



D. *March*: Matre autem foemina pitum muliebrum decore ornatissim Schmiedes/ quibus propter filioli melamen Spiritus S. ex animo precamur habuit virum admodum Reverendu Dn. M. CASPAREM *March*/ circ in Pomerania est Praepositum, & in o fidelissimum: Aviam paternam foem tatis laude conspicuam ANNAM ternus fuit vir spectatissimus Dn. J Pharmacopola apud Gryphisvalden & industrius. Avia Materna est virt condecoratissima foemina MARGA quæ hodiè Viro Excellentissimo & Clar DERICO *Dedelind*/Philosophia Pra phica PP. conjugali foedere juncta, dolore tam immaturam mortem nepo ret. Ceteros majores, suis etiam gniffimos hic recensere, supersedeo. natus piè defunctus JACOBUS, lic te constitutus, attamen propter innatam & ab omni parte amabilem ma bus spem fecit, optimi quondam succe manis ad statam usq; ætatem perma pura: adhuc ætate spem omnem suis itaq; erit Cives honoratissimi, ex comæstissimis parentibus, qui corpuscu diè discipiunt officium pietatis (quo exhibere solent) in levamentum do quod nos invitat communis humanæ amor & amicitia, jubet honestas, imp

iq; virtu-
ARINA
bitum fo-
aternum
lissimum
ensis, qui
Pastorem
tis & pie-
Avus Pa-
Schmied
ntissimus
onalium
ferwizen,
M. FRI-
ma Gry-
acerbo
imi ma-
laude di-
ajoribus
ima ata-
m vege-
parenti-
ebus hu-
erum in
Nostrum
olentia
stare ho-
ntissimè
ere: ad
o, allicit
nitas, ut
cor-

